in luſione conlabitur; Tunc cornelius uiroſa animi indignatione ſuc
cenſus· neruorum duriſſima flagellatione eos precepit lictorum inſtantia
uerberari· qui in ipſa beatae ſupplicia pro phetice lectionis inſtruc
tione pſallebant; Confundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem
fecerunt in nos· nos autem exercemur in mandatis tuis; Cornelius uero
ait; Ecce deorum quos adorare profana reſultatione tempſiſtis· ultri
cis in uos irae ſuae ſupplicia intendunt; Ubi nam eſt xpiſtus uester qui uos
non uirtutis ſuae preſidio adiuuat laborantes· aut poteſtatiue ſuae
munimine eripit liberator; Sanctus felix itaque reſpondit; Si mente tuae
non loeliferi erroris caecitas detineret· cerneres quia nos quos cre
dis flagellorum tuorum dilaceratione ſulcatos· nec in pr̃ſi indicii
ueſtigia deſignatae conmaculant; Cornelius perſpectis uirtutis am
miratione confuſus ait; Quia uos aliquando obtinere non diuum
uirtute conuincitis· ſed potius magicis artibus approbatis perituru
corpora uestra teterrimi carceris clauſtra ſuſcipient; Poſtmodum trac
tatus mei deliberatione libranda· ſeuioris ultionis interitu tru
cidanda; Quibus beatis uiris intra ferales carceris tenebras
conſtitutis· et ſollicite modulationis exultatione roborantes
concinentibus· medio fere noctis tempore angelus affuit; exterritisque
cuſtodibus· munitiſſimae obiectionis clauſtra perfringens· et mul
tiplicium tenebrarum tetra obſcuritate condenſa· ardentis luminis
coruſcatione diſrumpens· ait eis; Ite nunc fideles confeſſores dei
non terrenae protectionis clipeo defenſati aut galea· ſed diuinae
uirtutis armati fiducia· templum uel numinum ſimulacra perdi
tionis arte effigiente compoſita· ſubuerſa uel comminuta fide